

1244, setembre, 20

*Pere Dalmau de Candell i la seva esposa Guillema estableixen a Maria Carabassa, de Cervià, una terra situada a Fellines, indret de Ridre, a cens d'un diner.*

ASD núm. 136, perg. orig., 130 x 155 mm. Còpia; Llibre 11, f. 233.

Sit notum cunctis quod ego Petrus Dalmacius de Candello et uxor mea Guilielma et filius noster Petrus, per nos et per omnes nostros presentes atque futuros, donamus et concedimus tibi Marie Carabaca de Ceruiano pro tua hereditate et tuis et cui dare uel dimittere uolueris perpetuo totam illam nostram terram que uocatur de Ridre, quam habemus et tenemus in parrochia Sancti Martini de Fellines, que affrontat ab oriente et a meridie et a circio in terra Uitalis, et de accidente in terra Berengarii Martini. Ita ut superius scriptum est, cum introitibus et exitibus suis et cum omnibus in se habentibus uel existentibus sibique qualicumque modo pertinentibus et cum omni sua proprietate et integritate et sicut melius dici uel intelligi potest, ad tuam utilitatem et commodum tuorumque et sine ullo nostro nostrorumque retentu, quod inde non facimus, ita donamus tibi et tuis ad omnes tuas tuorumque uoluntates et ibi et inde omni tempore faciendas, saluo iure domini in omnibus, ita ut facias adiutorium illius sensi quod noster mansus facit annuatim unum denarium monete curribilis Barchinone.

Actum est hoc .XII. kalendas octobris anno Domini .MCCXLIIII.

Sig+num Petri Dalmacii, sig+num Guilielme uxoris eius, sig+num Petri filii eius, sig+num Durandi den Martina Ceruiani, sig+num Arnalli Ferrarii, sig+num Bernardi de Martina. Sig+num Petrus Carreria, baiulus. Berengaria, gratia Dei Sancti Danielis abbatissa\*.

(s. man.) Petrus Brotunicus presbiter qui hoc scripsit.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 279